



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Albertus C. 3. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

3. Sept.
or, nun-
leffici,

nbris.
utribus
censis,
ignus à
ima illa
s aspor-
dam, &
(Pseu-
irum &
VLPHVS
vincula
anim-
prætulit.
npestate
i petere
quia jam
tur, lin-
um om-
loquen-
tacionem
, manda-
nc mon-
on essent.
sunt cæsi.
lauderet,
HVS, &
ac tergo
ficiunum
men, quā
Nam ut
omnes

Sept. VITÆ SANCTORVM. 431
omnes scriptores taceant, facinoris immanitatem
exæstæ linguae loquuntur. Ex Gras.

Vidit Deus opera tua, recursus & excursus flagitiorum tuorum, & continuit iram suam. Cælum non fulminavit, aqua non submersit, non absorpsit tellus ; & ùm omnis terra sit plena gloriâ Domini, non reveritus s presentem Dominum, & coram tantâ munditiâ imundicias tuas exercere. S.Pet.Dam.serm.de Char.

S. ALBERTUS C. 3. Septembri.

Asque ventis adversis fuisset, nunquam animum ALBERTVS ad cælum appulisset, usque adeò malè Favonios sàpè vocamus. Natus in magnas opes, maiores has artibus non bonis efficerat, stultusque cælum dudum auro vendiderat. Ut tamen divitiis divitias, hoc est lutum luto adderet, velis remisque per lacum Verbanum contendit. Verùm exorta repente ingens procella alias scilicet oculis undas Cocytii objecit, alium naustum Charontem. Ergo cum omnia jam unicum naulum crederet, & orco debitum, vota cum velis vertit, & ut viveret, cælo vovit deinceps vivere. Arrisit continuò votis cælum, ut audisse hæc scires. Sed ecce in ipso portu naufragium. Opes omnes (ne time lector) in miseris abjicit, inde conjugi inter velatas virgines abditâ, montem non sine ingenti labore conscendit, qui in eum, de quo mentionem fecimus, lacum excurrit. Hic cælo propior cum DEO jam commercia habuit, & commeatum à præternavigantibus demissâ sportâ lagenulaque accepit tam diu, dum Angeli denique viëtum è cælo ministrarent. Itaque cum Superum hospes necquam ab hominibus jam mendicaret, mortuum rati sunt accolæ. Sed

vivere

vivere splendor casæ imminens ostendit, & pestis à vicinis populis ALBERTI & D.Catharinæ, cui templum ponere Angelus jussérat, precibus propulsata. Eidem templo illatus ALBERTVS, ambrofiam, quâ, cùm viveret, pastus erat, mortuus etiam spiravit. *Ex vitâ B. Alberti.*

Dilige totâ animâ Dominum Deum tuum, sponsum tuum, vitam tuam, solarium tuum, consilium tuum, & refugium tuum. Dilige illum, qui tibi est quidquid amabile aut opificiale esse potest: dilige eum castè, devote & sanctè; non verbo, non lingua, sed opera, & veritate.
S.Bern.op.de char.c.31.

B. ROSA VIRGO. 4.Septembri.

ROSAM etiam in autumno donamus, unam eandemque & castis nivibus & verecunda purpurâ formosam. Protulit Viterbum Italæ urbs, fovit D.Francisci hortus, &c, ne malè alii, bene cælum carpsit. Hæc inquam ROSA, ut contra procaces manus se armaret, à primis annis omnibus corporis afflictionibus se dedit. E gravissimo morbo decumbens & jam jam moritura cùm ea de alterâ vitâ differuisset, quæ oculis tunc coram intuebatur, testesque dictorum sorores jam olim defunctas nomine quamque compellasset, VIRGO MATER intervenit, & porro vivere, sed inter eas jussit, quæ Magnum Franciscum sub Minorum veste sequuntur. Quod cùm è morbo recreata ROSA egregiè præstitisset, denuò ad eam Magna MATER inviit. Et sufficere poterat id spectaculum, sed illa alterum objecit, FILIVM tormentis olim omnibus exercitum, qui nimis tot plagis saucius cor amantis etiam ipsum tam sauciavit, ut tum denique verè inter spinas ROSAM dixisset.